

AB

153596





1. Baumgarten / Sigism. Jac. / Instit.
tutionum Hermeneuticarum, parti.
cula prima, de Interpretatione
Scripturae Sacrae. Halle, 1752.
2. IV Symbola Theotica, Halle, 1752.
Commentatio in
3. Versionem Theoticam Symboli
Athanasiani; Halle, 1752.

005
25

SIG. IACOBI BAUMGARTEN
COMMENTATIO

IN

QUATVOR SYMBOLA
THEOTISCA


QVA

SOLEMNIA PASCHAE

AD D. II APR. MDCC LII

NOMINE ACADEMIAE

INDICVNTVR.



HALAE, TYPIS GEBAVERIANIS.





Q. D. O. M. B. V.



D abimus vobis, CIVES AESTVMATISSIMI, qua-
 tuor exempla professionum doctrinae *christianae*
 apud vetustissimos maiores nostros, antiquioris
Germaniae incolas, vsu receptarum: vt non
 solum vnum illorum a recentissima praeuaricatio-
 ne haud ignobilis libri, *die einzige wahre Religion*
 inscripti (1) vindicetur, verum etiam opportunitati pie recognos-
 cendi

(1) Vt amplissimus illius scriptor **LOENIVS** per vniuersum librum infensis-
 simum rei sacrae *Protestantium* quadruplatorem atque doctrinae, quam
 publice profitentur, obtrechtozem egit, eaque omnia studiosissime con-
 quisiuit, nulloque habito delectu congestit, quibus rerum ignaris lectoribus
 persuaderi posse existimauit, proscribendas esse ex ciuitate *christiana* ad
 vnam omnes doctrinas, quae in illius secessionibus in controuersiam vene-
 runt, solamque retinendam religionem naturalem historiae **CHRISTI** ac-
 commodatam, quam pariter ac reuelatam controuersis patere ignorauit,
 satisque pro arbitrio effectam dedit: ita etiam in producenda hac fidei con-
 fessione libri sui parte altera sectione prima §. 14 - 16 p. n. 25 - 31
 vel prioris editionis p. 23 - 29 easdem animosissimi criminatoris et circum-
 scriptoris partes sustinuit. Tria nimirum opinatus est, quae ex illius reci-
 tatione illico apparere putant: 1) longe praestare illius breuitatem omnibus
 nostris confessionibus, symbolis, corporibus doctrinae et systematibus,
 purissima

ceudi salutares doctrinas, quibus spes nostra nititur, de IESU inprimis, domino, pro nobis mortuo atque in rem nostram vitae restituto, ipsa vetustatis dialectorum apud plerosque nouitate commode prospiciatur.

Primam depromemus ex MELCH. HAIMINSFELDI GOL-
DASTI, *rerum alamannicarum scriptoribus vetustis* (2), ubi his verbis expressa legitur:

Chry

purissima castitate commendabilem: 2) abhorrere illam a doctrinis de tribus in Deo personis, et de salute sola fide obtinenda, multo magis a locutionibus absonis, quibus nunc statuamus, ipsum *Deum mortuum esse*, datrique *Dei matrem*, et *Deum trium sine initio existentem* etc.: et 3) denique nulli *Christianorum* sectae assentiri hanc confessionem, sed vniuersam CHRISTI ciuitatem atque vnicam veram religionem communionemque sanctorum vbiuis obuiorum amplecti. Quibus opinacionibus facile impetratum iri a lectoribus et indignationem amplificatae recens auctaeque doctrinae christianae, et proscriptionem eorum omnium, quae vel in hac amplificatione symboli apostolici, vel in ipso hoc symbolo non commemorantur, importune arbitratur. Satis fregit hunc impetum clariss. M. HIER. DAN. SCHLEISNERVS partis 2 p. 96-110 et appendicis p. 71-75 *der hist. und dogmatischen Anmerkungen über das Lehrgebäude des Herrn von Loen*, cuius argumenta hic confirmatum ibimus.

(2) Editionis primae anni 1606 tom. 2 p. 173; secundae 1661 tom. 2 p. 134; recentissimae autem *Senckenbergianae* 1730 tom. 2 p. 145. Antea quidem iam eandem produxerat IO. STYMPFFIUS *der gemeinen loblichen Eydgnoschaft Chronick* libr. 4 c. 50 fol. 325 p. 2 tom. 1 edit. 1548, haec praefatus: „zü den zeyten Keyser Fridrichs des 2 vnd Abt Berchtolds zü „S. Gallen, geboren von Falckenstein, hat man inn Helvetischen landen, „besonder in Turgow vnd Rhyngow oder Rhynthal, die Artickel des heiligen christenlichen glaubens auff nachgesetzte form, vnd mit solichen „Worten gesprochen, wie danu des noch etlich abgschriefften bey den Clösterchronicken befunden werdend., Sed correctiorem edidit GOLDASTVS ex veteri membrana: ex quo IO. GE. ECCARDVS eandem desumpsit in *catechesi theotisca* etc. anno 1713 edita p. 90-93, et IO. FRICKIUS in IO. SCHULTERI *thesauro antiquitatum teutonicarum* tom. I. part. 2 p. 84 etc. Eandem ex STYMPFFIO desumptam inseruit MART. CRYSIVS *der Schwabischen Chronick* parti 2 libro 12 c. 18 tom. I p. 715 editionis *moserianae* anni 1738: atque omnium recentissime IO. ALB. FABRICIUS *salutari luci euangelii etc. suae notitiae hist. chronol. litter. et geogr. propagatorum per orbem totum Christ. sacrorum* c. 19 p. 438: ubi in illam incidit illustris LOENIVS, vt ex allegatione duplici apparet, qua lectores in suspensionem distinctorum librorum adducuntur, excitata semel *luce Euangelii* et deinde *notitia chronologica sacrorum*.

Chry dir alten Kilchin:
*Ich wider säig diem Tiuwel vnt allen
 sinen werchen, vnt allen sinen ge-
 zierdin (3). Ich geloub an ain Got,
 Vatter, almächtigen, ain schepfer
 hilmelo vnt erde, vnt aller geschepf-
 de. Ich geloub an sinen ainbornun
 Sun vnsurn Herren IESVM CHRIS-
 TVM. Ich geloub an den hailigun
 Gaist. Ich geloub das die drie be-
 nemde ain guaire Got ist (4), der*

Symbolum veteris ecclesiae:
 Renuntio diabolo et omnibus
 eius operibus et omnibus eius
 deliciis. Credo in Deum patrem
 omnipotentem creatorem caeli
 et terrae et omnium creatura-
 rum. Credo in filium eius vni-
 genitum, dominum nostrum Ie-
 sum Christum. Credo in Spiritum
 sanctum. Credo hos tres
 nominatos vnum verum DEVM
 esse

(3) Hunc introitum a FABRICIO omni fide exhibitum, duplici consilio praetermississe videtur ampliff. LOENIUS: 1) vt non facile perspiceretur, catechumenis duntaxat destinatum fuisse antiquitus hanc doctrinae confessionem solemnem, ab adultis ante ipsum baptismum recitandam, ab infantibus vero, si ritu solemniter confirmabantur, quibus brevis tantum summa et potissima demum fidei capita proponenda fuerunt; 2) ne intelligeretur a lectoribus, eadem credidisse hanc formulam professos, quae nostris temporibus creduntur ex sacris litteris de diabolo, eiusque potestate spiritali, et operibus, quibus homines natura obnoxii sunt. Inscriptionem FABRICIUS omiserat, apud CRYSIVM non obtinuit, vnde integram professionem transcripsit, quod ex orthographia et quarundam vocum discrepantia satis apparet. Vocem *Chry* glossarium thes. *Schilteriani* tom. 3 p. 174 a latina voce *credo* derivatum iuit perquam incommode, cum eadem plane vox sit, quae p. 520 aliis litteris scripta *Krey* seu *Kry* recte explicatur per *clamorem*, symbolum militare, *das Feldgeschrey*, *die Losung*: de quo ECCARDI praefatione ad *catech. theotisc.* p. 25 etc. vberius agitur; qui in *commentatione critica* eidem subiuncta p. 183 recte observat vocem *gezierden* aequae ac *zierden* melius transferri et explicari per *pompam*, splendorem et ostentationem, quam *delicias*. De vocis *Kileh*, in *Helvetia* adhuedum vsitatae, eadem significatione quidem cum voce *Kirch*, sed diuersa plane origine et derivatione a *Kelik*, conferri meretur *Diet. von Stade in der Erläuterung der deutschen Wörter* etc. editionis tertiae anni 1737 p. 350 etc.

(4) Admodum peruerse haec redduntur verbis recentioribus L. c. (1); *ich glaube, das aus diesen drey benahmen, ein wahrer Gott ist*: vt eo speciosior wideretur addita §. 16 explicatio, in qua dubium omnino est, maiore genii linguae *germanicae*, an doctrinae *christianae* ignorantia deprehendatur; „dieses drey, also benahmet in der einzeln Zahl, sagt der
 „Text,

ie was an angenge, vnt immatar (5) ist an ende. Ich geloub das derselbe Gottis Sun geandot. (6) wart von dem hailigen Engil, SANT GABRIHEL. Ich geloub das er emphanen ward von dem hailigen Gaist, vnt er geborn wart von SANT MARIYN der rainum maigede (7). Ich geloub das er an dirre werlte was, als ain ander mensche, wan das er nie gesundot (8). Ich geloub das er an dem drisgosten iar getofet wart in dem IORDAN von SANT IOHANS. Ich geloub das er ferratur wart von sinen iunger IYDAS. Ich geloub das er gefangun ward von den IYDEN, vnt gebunden wart, vnt sin gespotet wart, vnt angespuwit wart.

Ich

esse principio carentem et fine. Credo eundem DEI filium annuntiatum esse a sancto angelo Gabriele. Credo conceptum esse a Spiritu sancto, natum ex Maria virgine. Credo in hoc mundo fuisse non alium atque ceteros homines, peccato excepto. Credo trigésimo aetatis anno baptizatum esse in Iordano a Sancto Ioanne. Credo traditum esse a discipulo suo Iuda. Credo captum esse a Iudaeis, vinctum, illusum et insputatum. Credo mar-

„Text, ist Gott. Man hat sich darinn mit Fleis vorgesehen, weder drey Wesen, noch drey Eigenschaften, vielweniger gar drey Personen zu nennen, um dadurch dem ärgerlichen Gezänk der *Arrianer* und *Orthodoxen* zu entgehen.“ Scilicet ignoravit 1) voces die drie benemde pluralem numerum exhibere; 2) neminem Christianorum tres in Deo statuere essentias, aut patrem, filium et spiritum sanctum tria attributa vocare; et 3) vetustiores Germanos non solum integrum symbolum *athanasianum* dudum ante saeculum decimum tertium professos fuisse, verum etiam vocem *personarum* longe incommodius reddidisse per vocem *gomoheiti*; vt ex monachi *weisenburgensts* versione illius saeculo nono confecta, apud ECCARDVM l. c. (2) p. 67 et 145 etc. indubium euadit. STVMPFII exemplar habet, das die drye benemde etc.

(5) Glossarium schilerianum p. 481 sic habet: „*Immatar*, semper, *immerdar*. Symb. Apost. vet. *Vulgus Sueuorum* hodiernum *immater*.“ Vbi primae vocis littera penultima per errorem posita esse videtur. Apud *Stumpsum* haec ita exhibentur: *vnd wyter ist, on ende*, et porro est sine fine.

(6) STVMPFIVS, qui hanc vocem legit *geandot*, in margine adscripsit *gemeldet*, oder *verkündet*: ECCARDVS rectius deriuat a verbo *anduten*.

(7) STVMPFIVS habet: *von Marien der rainen magende*.

(8) Apud STVMPFIVM, haec ita leguntur: *als ein armer mensche, wann das er nien gesündt*.

Ich geloub das er gemartiret wart, vnt an das cruxze erhangen wart, vnd daran er starb an der menschait vnt niut an der gothait (9). Ich geloub das er ab dem cruxze genomen wart, vnt zer erde begraben wart, vnt darinne lag dri tag vnt dri nacht. Ich geloub das er an dem dritten tag erstuond, geware Got vnt geware mensche. Ich geloub das er entschain (10) nach seiner vrsendi

martyrifatum esse, cruci affixum, in eaque mortuum, secundum humanitatem, non secundum diuinitatem. Credo ab cruce depositum esse et terrae mandatum, in eaque iacuisse tres dies et tres noctes. Credo tertia die resurrexisse verum Deum et verum hominem. Credo apparuisse post resurrectionem discipulis suis

(9) Ad haec verba insolenter praeuaricatur memoratus (1) scriptor, cum haec comminiscitur: „man redet mit sonderbarer Behutsamkeit von dem Tode des Erlöfers, und sagt ausdrücklich, er sey gestorben nach seiner Menschheit und nicht nach seiner Gottheit. Wir aber schämen uns nicht in vnsern Kirchen aus vollem Hals zu singen: *o große Noth, Gott selbst ist todt.* Dieses schicket sich zu der Redensart *Gottes Mutter; dem dreieinigen Gott, als er ursprünglich war*, und dergleichen vielen unfinigen Förmelgen. Selbst die Heiden hätten nicht unvernünftiger von Gott reden und denken können.“ Inepti et gloriofi irrisoris esse hanc cauillationem facile intelliget, qui secum reputabit: 1) recidere omnem illam criminationem in scriptores sacros ipsosque libros diuinitus scriptos, simillimis locutionibus vsos, de sanguine filii Dei etc. 2) neminem nostratum vel inficari vel ignorare interpretationem eiusmodi phrasium commodam, quae sacris litteris pariter ac rationi conueniat, nihilque contineat, quod sine impudentissima calumnia traduci aut rideri possit: et 3) ipsam hanc confessionem breui post idem plane pronuntiare, a quo hic abhorrere dicitur, cum affirmat *Iesum verum Deum et verum hominem resurrexisse*, quod ne cogitari quidem potest, nisi statuatur, eundem verum DEVM et verum hominem mortuum fuisse, licet omnino hic verus Deus aliter neque mori, neque a mortuis resurgere potuerit, quam in carne sua, siue secundum humanam naturam a se assumptam atque tam arte secum copulatam, vt nusquam sola et seorsum existat, agat et patiatur quidquam. Voces *er starb* prout apud GOLDASTVM, SCHILTERVM, FABRICIVM etc. leguntur, rectius vnam efficiunt *er starb*, ab *ersterben*, quod STUMPFIVS, ipsaque prima GOLDASTI editio atque ECCARDVS exhibent.

(10) Apud STUMPFIVM, SCHILTERVM qui reliqua GOLDASTI textum exhibet, atque FABRICIVM legitur *erschain*. GOLDASTVS et ECCARDVS habent *entschain*, de quo gloss. *schilterian.* p. 266 et ECCARDI *comment. crit.* p. 184 agitur.

stendi sinen iungern vnt sinen guoten fründin. Ich geloub das er an dem vierzgesten tag nach seiner vrsendi ze himelo fuer, ze der angesicht seiner iunger, vnt aller mangel (II) die sin wirding wärent. Ich gel ub das er da fizit zu der zesuin (12) siner watter im ebum gewaltig vnt ebum ewig (13). Ich geloub in dannen künfftig an dem iungesten tag ertailen (14) viber lebend vnt viber tot nachir werchen (15). Ich geloub

suis, et omnibus suis amicis fidelibus. Credo quadragesimo post resurrectionem die ascendisse ad coelos in conspectu discipulorum et omnium eorum, qui eo digni erant. Credo illic federe ad dextram sui patris, aequali potestate et aeternitate praeditum. Credo inde venturum in nouissimo die iudicare viuos ac mortuos secundum opera singulorum.

Credo

(11) ECCARDVS exhibet *manger*, et STVMPFIVS *menge*, GOLDASTVS vero et SCHILTERVS rectius *mangel* terminatione apud veteres vltissima a *manag*, *menig*, *menigi* multus.

(12) STVMPFIVS verbis textus *zu der zeswunn seines vatters* in margine apposuit *zeswunn i. in fröud und herrlichkeit* quam interpretationem CRVSIVS transcripsit. GOLDASTVS vero rectius transtulit per *dextram*; *zeswunn* enim, *zesuin* et *zesua* frequentissime occurrere eodem semper significato ex SCHILTERI glossar. p. 894, et ECCARDI comm. crit. p. 195 abunde efficitur.

(13) Parum haec verba considerasse vel attendisse videtur ampliff. LOENIVS, quibus IESVS a Patre distinctus ipsi aequalis dicitur et potestate et aeternitate; quod quantopere doctrinae ipsius refragetur nemini obscurum esse potest.

(14) ECCARDVS habet *Ich geloub das er in dannen* etc. quae duae voces additae locutionem longe difficiliorem sensumque impeditiorem reddunt: STVMPFIVS legit, *Ich geloub in dannen - - - tag ze erteilen*, quem FABRICIVS sequitur. GOLDASTVS ellipsin apud veteres frequentissimam retinuit. *Ertailen* distribuere, idem esse ac iudicare, suum cuique addicere, ex glossario *schilter*. p. 272 constat.

(15) Quae generos. LOENIVS ad haec verba admodum illiberaliter quadruplatur: „von dem iüngsten Gericht wird gemeldet, das er daselbst die Todten und Lebendigen nach ihren Werken richten werde; wo durch also der Wahn, als ob ein bloßer Hirnglaube uns selig machen könnte, abgewiesen, und der Begriff von der Gerechtigkeit Gottes völlig gerettet wird.“ satis indicant, illum 1) ignorasse, verba haec *εγγουσα* esse, extareque ROM. 2, 6. MATTH. 16, 27. 7, 21 etc. 2 COR. 5, 10. 1 COR. 3, 8, quibus doctrina de salute per solam fidem obtinenda, quam

earum-

gelob an die kristanhait (16) götlich vnt alllich. Ich gelob gemainsam der hailigen. Ich gelob ablas miner suente nach gewarerruue (17). Ich gelob vrfstendt mines libes. Ich gelob nach disem lib dem

Credo in christianitatem diuinam et vniuersalem. Credo communionem sanctorum. Credo remissionem peccatorum meorum, habita vera poenitentia. Credo resurrectionem meae carnis. Credo ab hac vita aeternam vitam. Credo

earundem sacrarum litterarum auctoritate credimus, neutiquam repugnat: 2) cum falsa visione et figmento suo pugnare, quod cerebrosi hominis est; quum doctrina nostra ab ipso impugnata opinioni de salute per fidem mortuam obtinenda grauius aduersetur: et 3) non considerasse, iustitiae diuinae ex asse satisfieri, aut eius notionem veram vindicari nunquam posse sine doctrina de salute sola fide impetranda, quae ne sollicitari quidem potest sine negata necessitate puniendi omnia in vniuersum peccata, suspectaque iustitiae diuinae vel indignatione arbitraria vel simulatione medicinali.

(16) Infidum horum verborum interpretem egit ampliss. LOENIVS, quum ea sic reddit, *Ich glaube eine göttliche und algemeine Christenheit*: mirifice enim differunt phrasae, *eine Christenheit glauben, credere christianam ecclesiam* et *an die Christenheit glauben, credere in christianam ecclesiam* seu fidem, fiduciam et spem suam in ea collocare. Quod in hac confessione excusari quidem, defendi autem approbarique neutiquam potest, quum ad semina errorum pontificiorum omnino pertineat, imperitia saltem grammatica occasionem dederit grauissimis erroribus de fide, quam opinantur, implicita, de auctoritate diuina ecclesiae et obedientia ipsi seorsum a Deo debita. Scilicet hoc dandum fuit a traductore partium studio, vt eo speciosius nostra doctrina inuidiose profcinderetur.

(17) Idem ad haec verba sic commentatur: „Am Ende redet er auch vom „Ablas; aber nicht nach der verkehrten Lehrart der Ablass-Crämer, die „solche um das Geld verkaufen; sondern er gründet solche auf wahre „Busse und Reue der Sünden.“ Quod aequalem doctrinae tam pontificiorum quam nostrae ignoracionem et maleuolentiam conuiciandique libidinem prodit. Vt enim nostrates nemini veniae peccatorum spem faciunt sine serua illorum poenitentia et indignatione: ita nec indulgentiarum nundinatores poenitentiam excludendam esse duxerunt, cuius duntaxat partem aliquam commentitiam satisfactionis venundari et redimi posse perhibuerunt. Admodum excusabilis est confessionis formula, si commode adhibita vel metonymia vel synecdoche vocis *Reue* intelligitur, eaque aliunde supplentur, quae hic praetermittuntur, vt vetusta manus exemplari nostro S T V M P F I I I adscripsit: *itoch aus genade umb Christus verdienstes willen*:
B fed

dem ewigen lib. Ich gelob das mir gelonet sol werden nach minen wercken den lon den furht ich ser, wan ich diche gesundot han mit gedancken etc. (19).

Credo me accepturum mercedem secundum merita mea. Hanc mercedem pertimesco: quoniam saepe peccavi cogitando etc.

Alteram subiungemus ex 10. SCHILTERI monumentis catecheticis (20) sine versione latina, quod ad praegressam proxime accedit et ex eiusdem interpretatione satis intelligitur. *Ich veder sage dem teuffalle und to allen sin wercken, und to allen sin zirden ewige. Ick keloue an ein Gott Fater almachtigen, ain Skefen hümele und erdo, ond al gskesdo glicht und ongesicht (21). Ick keloue an sin aine son unfern Harn IESVM CHRIST. Ick keloue an heligen Geist. Ick keloue*

sed illa verborum detorsio violenta ad erroneam opinionem de peccatorum remissione a poenitentia pendente eique innixa nullam excusationem habet.

(18) STUMPFIVS, quem FABRICIVS hic sequitur, habet, *Ich geloub nach diesem Leben sein das ewig Leben.* GOLDASTVS VERO, SCHILTERVS et ECCARDVS vetustiore et frequentissimam antiquitus vocem *Lib* vel *Liib* exhibent, quam *vitam* significare ECCARDVS in comment. crit. p. 138-140 euictum dedit.

(19) Postrema haec verba apud STUMPFIVM ita leguntur, *dan ich dick gesündet han, vnd mit gedancken mer etc.* sine sensus discrepantia, et sine errore. Qui a commento ill. LOENII non abest, ubi scribit: *die Furcht für dem Lohn, in Betrachtung der begangenen Sünde, weist uns auf die Gnade in Christo und auf die ordnung des Heils etc.* quod neque sola poenarum formidine perficitur, nisi accesserit Euangelium, neque cum sine et destinatione huius formulae conuenit, quae transitum exhibet a fidei professione ad peccatorum confessionem a catechumenis aequae recitandam, qualem GOLDASTVS, SCHILTERVS, ECCARDVS aequae exhibent multiplicem, ita tamen comparatam, vt manifesti errores appareant, nihilque de gratia in CHRISTO et ordine salutis in ea deprehendatur.

(20) *Theauri antiquitatum teutonicarum* tom. 1 part. 2 sect. 2 p. 86, ubi ex DAN. SPECKLINI collectaneis misser. tom. 1 in archiuo *argentinenfi* asseruatis exhibetur, qui illam ex antiquis ecclesiae cathedralis *argentoratenfi* libris excerptis.

(21) Res creatae visibiles et invisibiles hic commemorantur ad amplificandam formulam superiorem. De voce *Skefen* vel *Scepphun* conferenda est ECCARDI comment. crit. p. 128-130.

keloue de dry benemde ein wahre Gott ist, der ye was on Angange
 ond uitter ist on ende. Ick keloue das dar salbe Son Gots geandet
 uuor von dem haligo grosse Gotes botte Kabriel. Ick keloue das ye
 infange uuartt von dem halige Geist unde geboren vone Marien der
 raine magende, ware Gott und ware mensch (22). Ick keloue, das
 ye an dero Wält was als ein armer mensch, on das ye niene gesynne.
 Ick keloue, das ye an de drysgosten Iare geduchett vware in do Iordane
 von de frome Iohanse. Ick keloue, das ye entrachten (entraten) uuar
 von sine geminde Ionger Judas (23). Ick keloue das ye gebonden
 vvahr von dii Iuda (Iuden) gespote gespunen gehalse sterkt (24).
 Ick keloue das ye kenothafftatt vuart pi pontion pilaten, unde bi imo
 gestachett an das querholt gehanck (25) daran erstarue sein menscheitt,
 unde niet de gottheit, met vvunderung ye vvar von de querholt geno-
 men, zu Erde begrauen, do in lacke dry dag und dry nacht. Ick
 keloue das ye nach de dry tag und nach von totte erstantte vware Gott
 und vware mensch, und erschinne sein gemeinde und freunte. Ick
 keloue das ye an de virgosten dach nach sine erstande ze hümmele fure
 zu gesicht siner Ionger und aller menge de sin vvar. Ick keloue das
 ye sez zu de zesvüine Gotes sins faters im eben geuvalt und ewig.
 Ick keloue kouffig an de lesle dach irtrilen (26) ouer leben alde dot
 noch ire vvercke. Ich keloue an Christheit gottlich atelichum ge-
 B 2 same-

(22) Si igitur ex hac veterum formula *verus Deus ex Maria natus est*, dici
 omnino debuit *Mater Dei*, quae certe denominatio neque recens introdu-
 cta, neque eo tempore, quo hae confessiones obtinuerunt, cuiquam su-
 specta fuit, antiquitus vel ipsa NESTORII condemnatione confirmata.
 Vox *Magende*, *Magadi* et *Magad* abunde illustratur in gloss. *schilt.* p.
 560 etc. et in ECCARDI comment. crit. p. 134 etc.

(23) Epitheton *geminde Ionger*, dilecti discipuli, auget atrocitatem proditi-
 tionis. Parenthesi editoris error codicis emendatur, coniectura verissi-
 millima.

(24) Hae afflictiones, quod *vincetus*, *derisus*, *insputatus* et *colaphis percus-
 sus* fuit, valde *Judaeis* hic tribuuntur tanquam auctoribus.

(25) Ea verba quod *excruciat* sub Pontio Pilato ab eoque affixus cruci fuit
suspensus parum differunt a NOTKERI Balbuli versione symboli aposto-
 lici in ECCARDI catech. theot. p. 80 *kenothafftatt uuart pi Pontio Pilato*,
 unde bi imo, an *crucem* *gestaltet* etc. et KERONIS conf. p. 85 *Er wart
 genothastit fone Pilato; unde bi imo gehangenir an daz obrucet* etc.

(26) Per errorem calami pro *irtrilen*, de qua voce *Irteil* pro *Urtheil* vid.
 gloss. *schilt.* p. 494.

samenunga (27) ond zu hauen gemeine alle haligen. Ick keloue be-
lassung miner synden nach vware gerevve. Ick keloue vrstande mins
lib- und noch de leben ein ewig leuen. Ick keloue das mir sale gelont
verden nach minen vercken. den lon forchie ich sehre. den ick dick
gesündet haue ond mit gedencke noch mehre. Helff mir Gott, das
tuon ick keuero (28).

Tertiam subministrabimus cum versione latina ex 10. GE.
AB ECKHART commentariis de rebus Franciae orientalis tom. 2 p.
935-938 (29): vbi sic legitur.

Ih int sago mihi demo tiufeli unde
allen sinen iuerchen, unde allen si-
nen zierden, unde fergiho dir,
trohtin (30) Got almightyger,
scalclichero (31) gehorsami, nah
diu so du mihi geuerdest geuuisen
durh dina almightygn gnada. Ih
glouba fasto an Got almightygen.
Nu hilf aua du uile gnadiger
herro (32) allen minen ungelou-
ben. Ih
Renuntio Diabolo et omnibus
eius operibus et omnibus eius
pompis, et promitto tibi, Do-
mine, Deus omnipotens, fer-
uilem obedientiam, eo modo,
quo mihi monstraueris per tuam
omnipotentem gratiam. Credo
firmiter in Deum omnipotentem.
Nunc autem adiua, clemens Do-
mine, quamcunque meam in
credulitatem. Credo

(27) NOTKERI versio symb. l. c. p. 81 habet, allelichun gesamenunga; ke-
loubu ze habene dero heiligen gemeinsame i. e. vniuersalem ecclesiam, credo
habere sanctorum communionem.

(28) Haec formula: das tuon ik keuero vel kewaro vel ceware, hoc ego
spondeo frequentissime vel apponitur voci Amen vel in eius locum sufficitur.
NOTKERI symbolum l. c. p. 81 habet, geloubu ewigen lib. Amen. Daz
tuon ih keuero: KERONIS vero p. 86 unde gloubu den ewigen lib.
Amen. Daz tuon ih ceware.

(29) Qui primus edidit ex codice Biblioth. Caesareae Paraphraseos psalmo-
rum notkerianae: ad fidem liberandam, quam in praefatione ad catech.
theot. §. 20 p. 57 iam dederat.

(30) Vocem Trohtin vel trahin, dominus insigniter illustrat idem ECCAR-
PVS in comment. crit. p. 130-132.

(31) A voce Scalc, Scalka, seruus, unde Gottschalk, Marschalk. Neque
hic seruilis obedientia malo sensu intelligi debet de ministerio ab inuitis coa-
ctisque praestando, sed de obsequio, quod seruis conveniat, qui se totos,
quanti quanti sunt, in domini potestate esse sponte profitentur.

(32) Difficilius haec latine exprimuntur, quam germanice, Nu hilf, ach du
viel gnädiger Herre etc.

Ih gloube an einen Got uater
almachtigen, der skephari isi himeli
unde erda, unde allero geskephidi.

Ih glouba, daz (33) finen einpor-
nen sun unseren herren Christum:
unde glouba an den heiligen Keiß,
unde glouba daz die dria genemida
ein uuariu Gotheit ist, (34) diu
dir io was ane anagengi unde iomer
ist ane ente. Ih glouba daz der
Gotes sun inphangen uuart fone
demo heiligen Keißi, unde geboren
uuart fone sancta Marium magit,
uuesentero uuarer Got unde uuarer
mennisco.

Ih glouba, daz der heiligi Christ
an dirre uuerlte lebete, also ein an-
der mennisco, az, tranc, slief,
hungerota, dursta douti, uueinota,
suizta, unde er arbeitennes muodo-
ti, unde er nio ne gesfundoti.

Ih glouba, daz er getouset uuart
an demo drizigistemo iare in Iorda-
ne fone Sancto Iohanno, unde er
faze erist fierecig taga unde naht
fastotu, unde er bechoret (35) uuart
fone demo tiufelo.

Credo in vnum Deum patrem
omnipotentem, qui creator est
coeli et terrae et omnis creaturae.
Credo in eius vnigenitum filium,
dominum nostrum Christum: et
credo in Spiritum sanctum, et
credo quod hae tres personae
funt vera Deitas, quae perenni-
ter fuit sine principio, et semper
est sine fine. Credo quod filius
Dei conceptus sit a Spiritu sancto,
et natus est ex sancta Maria vir-
gine, existens verus Deus et ve-
rus homo.

Credo, quod sanctus Christus
in hoc mundo vixerit, vt verus
homo, manducauerit, biberit,
dormiuerit, esurierit, sitiuerit,
plorauerit, sudauerit, et ex tri-
bulationibus defatigatus fuerit,
nec tamen vnquam peccauerit.

Credo, quod baptizatus sit
anno aetatis trigesimo in Iordane
a sancto Iohanne, et federit qua-
draginta diebus et noctibus, ieiunauerit et tentatus fuerit a dia-
bolo.

B 3

Credo

(33) Forte legendum fuit, an dez vel deffer finen etc.

(34) Accuratus haec reddi potuissent, quod hi tres nominati vna vera Deitas
sunt. Genius linguae germanicae singularem numerum verbi ob proxime
praegressum nomen singulare aequè admittit ac pluralem. Voces
quae proxime sequuntur, prout hic exstant diu dir ex clariss. IO. GE-
WACHTERI glossarii german. p. 294 alium et foecundiorum sensum
consequi possent, nisi reliqua verba obstarent, quae faciunt vt vel legendum
videatur die vel din dir io was i. e. die dir io gewesen; vel diu eo signifi-
catu sumatur, quo hic saepius recurrit.

(35) Verbum choren, koren, küren illustratur in gloss. schilter. p. 171 etc.

Ih glouba diu unzalakasten finiu zeichun, unde die chrefte sinero uuundero ioh lera, also die fier euangeliste cellent, die er nah demo sin selbes toufa in driniaren unde zuein min ahcig tagen hie in erda geuworhta (36).

Ih glouba daz er fone Iude sinemo iugeren verraten uuart, uona den Iuden gefangen uuart, geuillet uuart, an daz chruci genegelet uuart, unde starb an sinero menischeite, nicht an dero Gotheite.

Ih glouba, daz diu sin heiligista sela do fone demo lichinamen ze helli niderfuor mit dero sinero gotelichen chrefsti, daz er danna irlosta alla sina iruueliten (37).

Ih glouba, daz er also toter in sine situm geuundet uuart, unde damman sament uzflox plout unde uuazer.

Ih glouba, daz sin lichinamo aba demo chruci genommen uuart, unde begra-

Credo innumerabilia eius signa, et potentiam eius miraculorum ac doctrinae, quemadmodum euangelistae enarrant, quae post suum baptismum per tres annos et septuaginta ac octo dies hic in terra fecit.

Credo, quod a Iuda suo discipulo traditus, captus a Iudaeis, virgis caesus, cruci affixus et mortuus sit secundum humanitatem suam, non vero secundum deitatem.

Credo, quod tunc sanctissima anima eius ex corpore ad infernum descenderit vna cum diuina sua potentia, vt inde liberaret omnes suos electos.

Credo, quod ita mortuus vulneratus sit in suo latere, et quod inde vna emanauerit sanguis et aqua.

Credo, quod corpus eius a cruce depositum et sepultum sit, et ter-

(36) Ad litteram, quae post baptismum suum per tres annos et duo de octoginta dies in hac terra operatus est. Qui computus licet tolerabilis erret, quam aliorum vel recentissimorum calculi, articulis fidei certe inferendus non fuisset. Quod si in recentioribus formulis et corporibus doctrinae occurreret, longe speciosiora lamenta et maledicentiora iurgia excitare potuisset, supra memorata inuidiosa commendatione circumspeditionis, qua vetustior antiquitas sibi a definiendis doctrinis, cumulandoque credendorum numero temperauerit; quum ipsa dialecti antiquae vetustior aetas huic confessioni superiorem antiquitatem vindicet.

(37) Adeo luculenta specimina doctrinarum diuina sacrarum litterarum auctoritate desituturam, ignorasse videtur ampliss. LOBNIUS in praedicanda maiorum nostrorum ante sacrorum reformationem felicitate, a commentis in publica doctrina immuni; quum limbi inferiorum hic euidenter compareant.

begraben uuart, unde an demo driten tage diu sin heiligste sela ze demo lichinamen uuidere chom, unde er do irsuond fone demo tode mit sin selbes chrefte, unde er sinen iungeren irskein, uuben ioh mannum, unde er in geoucta (38), in manigi uiuis beuuarita die uuarheit sinero urstendidi.

Ih glouba fasto, daz er az unde tranc sament sinen iungeren, also ein ander mennisco (39).

Ih glouba daz er fone sinero urstende an demo fiercigosten tage ce himeli fuor sinen iungeren anasehenten, unde er do saz ze dero ceseuun siues uater.

Ih glouba, daz er uns an demo iungisten taga noh chumftic ist certeilenne lebende unde tode, ubele unde guote, rehter urteilari nah iro geuurhten.

Ih glouba eina christenheit heilige, potelichi (40), unde alliche, unde glouba gemeinsama allero Gotes heiligoni, unde giho eina toufa in den antlaz allero slahta (41) sundona.

Unde

(38) A verbo *ougen, auggan*, de quo SCHILTERI glossar. p. 67 et 653 agitur.

(39) Rectius haec latine hic redduntur *ut alius homo*, etiamsi vox *confuevit* abesset, quae redundat, quam supra sectione tertia translata fuerunt *ut verus homo*: licet ipsa locutio hic incommodior sit, circumspectam saltem interpretationem requirat, quod comestionis CHRISTI post resurrectionem ratio non eadem per omnia fuit cum communi hominum conditione edendique indole mortem et resurrectionem praegressa.

(40) Haec vox non aequae ac *Postul* apud TATIANI interpretum a latina vel graeca voce *Apostolus* deriuatur, sed a *poto, bote, zwelfspote*, unde *uultius* adiectiuum apud KERONEM *potalibha*.

(41) Curatius haec reddantur *cuiusuis generis, slahta enim genus, ordinem, generationem* significat.

tertio die sanctissima anima eius ad corpus redierit, et ille tunc resurrexerit a mortuis sua propria potentia, et discipulis suis apparuerit, foeminis et viris et ipsis ostenderit, variisque modis probauerit veritatem resurrectionis suae.

Credo firmiter, quod ederit et biberit vna cum suis discipulis, velut alius homo consuevit.

Credo, quod post resurrectionem suam quadragesimo die ascenderit ad coelos, discipulis suis uidentibus, et quod tunc sederit ad dextram patris sui.

Credo, quod in extremo die venturus sit ad iudicandum uiuos et mortuos, malos et bonos, recto iudicio secundum opera eorum.

Credo vnam sanctam Christianitatem apostolicam et vniuersalem, et credo communionem omnium Dei Sanctorum, et confiteor vnum baptisma in remissionem quorumcunque peccatorum.

Et

Unde glouba die uuarun urstendi mennisgines chunnes (42) in demo iugesten t ga, unde gloube danne aller mennislih fure sih selben Gote reda goben scol, so uuio er gelebet unde geuurchet habet, uuola odar ubelo, unde daz imo dara nah gelonet uuerde.

Herro Got almachtiger, ih glouba an durnothigi becherda unde rehta riuuua unde an begiht allero fundono unde meintatum vollen, geuuisen ioh uuaren dinen antlaz (43).

Ih glouba ube mennislih nah uuarene sinero bigiht die funta niemer ne geauerit, noh er andere meintati furder ne geuurchet, ube er rehto riuuonto unde statliche buozet, so imo fone Gote denne gepoton uuirdet (44), unde er so lebendo disen gaganuuerten lib ferentet daz ihm dehein sin ubeltat an demo iungisten taga da geuizzen ne uuirdet (45). Also glouba ih, daz allen mennisgen, an den die houbethaften funda ioh die meintatlichen achuste sol gericht

Et credo veram resurrectionem generis humani in die extremo, et credo tunc vnumquemque pro se ipso Deo rationem redditurum vitae et operum suorum, bonorum aut malorum, et quod secundum ea mercedem recepturus sit.

Omnipotens Domine, credo propter perfectam conuersionem et veram poenitentiam et propter confessionem omnium peccatorum plenariam, certam et veram tuam remissionem.

Credo, quod si quisquam post veram suam confessionem peccatum non repetet, nec flagitia post haec non perpetret, si vere poenitens et constans ea emendet, quemadmodum ei a Deo tunc mandatur, et ita viuens hanc praesentem vitam finit, malefacta eius in die extremo non punientur. Ita credo quoque, quod omnes homines, in quibus peccata capitalia et flagitiosa vitia plenarie dominan-

(42) Vocem *chunn*, *chunni*, *Kunni*, *genus*, *familia*, illustrat vberius glossarium *schiklerian.* p. 176 etc.

(43) *Antlaz* idem est quod *Entlass*: *mein* apud OTFRIDVM frequentissimum significat malum, peruersum, falsum, quod adhucdum retinimus in *Meincid* periurium, vnde *Meintbat* malefactum. Vtut vero verba bene se habent, res tamen et doctrina illis proposita insignem jam sacrorum corruptionem illius temporis prodit, tam inexcusabili silentio fidei *Christlique*, quam copulatione confessionis singulorum peccatorum cum illorum venia et remissione, conditionis necessariae instar.

(44) Rectius haec transferenda esse videntur, *si a Deo tunc euocatus fuerit, wenn ihm von Gott alsdenn geboten vel über ihn geboten wird.*

(45) Magis ad litteram; quod ipsi vlla ipsiusmet praenauaricatio in die nouissimo non punietur.

chesont, unde sol uuonant unbecberta
ioh unuuarlichu riuuonta disan lib
ferarent, daz die fone dero rehtere
Gotis urteili danni ferstuochoti fa-
rent mit demo tiufalo unde mit allen
den unreinen keisten in daz euuigi
fiur dero hella.

Ih geloube, daz alle rehte gloubigi
unde rehte lebende mennisgen, unde
alle die dur nohtlichu uone unrehte
ze rehte sih pecherent, unde die iro
sunda rehte riuuonte disan gagen-
uartigen lib solferendent, daz die ge-
segenoti alle ze demo euuigen lib
uarent (46).

Ih gloube alla die uuarheit dero
heiligen euangeligun allez daz dir
horit ze rehtere glouba, daz gloubo
ih fasio, nah den Gotes gnadun;
unde al daz uuidere ist dere rehten
gelouba, daz lougena ih, noh daz
ne

minantur et plenarie habitant,
quique inconuersi et non vere
poenitentes hanc vitam finiunt,
ex recto Dei iudicio inde male-
dicti eunt cum diabolo et cum
omnibus immundis spiritibus in
ignem aeternum gehennae.

Credo, quod omnes vere cre-
dentes et recte viuentes homines,
et omnes, qui perfecte ab iniusto
ad iustum se conuertunt, et de
peccatis suis vere poenitentes
hanc praesentem vitam finiunt,
beati ad vitam aeternam transfe-
runtur.

Credo omnem veritatem euan-
geliorum, et omne id quod per-
tinet ad veram fidem, hoc firmi-
ter credo secundum gratiam Dei,
et omne, quod contrarium est
verae fidei, hoc abnego, nec il-
lud

(46) Licet magni omnino faciendum sit eximium veritatis testimonium, quod
in hac confessionis sectione, imprimis si cum proxime praegressa confera-
tur, indubie deprehenditur ad efficiendam nouitatem commentitii purga-
torii insigniter comparatum: nemo tamen facile inficias ibit, aliis defecti-
bus non mediocriter laborare has formulae particulas, ordinemque salutis
admodum imperfecte nec sine erroribus constituendarum interitus et felici-
tatis futurae conditionum circumscribere, qui non solum fictitiam felici-
tatis piorum intercapedinem pepererunt, verum etiam multiplicem super-
stitionum atque falsarum opinionum prouentum tulerunt. Eo certe in-
excusabilis est silentium de CHRISTO eiusque merito et satisfactione,
cui soli salutem debemus, quo magis apparet, et denominatione recte cre-
dentium veram et orthodoxam doctrinam amplexos intelligi, non CHRIS-
TO vni confisos fiducia et spe in ipso reposita, et perfectam vitae emen-
dationem hic requisitam, veniamque peccatorum propter perfectam poe-
nitentiam delictorumque confessionem impetrandam non solum incertam
reddere salutis expectationem, verum etiam meritis humanis praestitoque
officio ea vindicare, quae gratiae diuinae CHRISTIQUE satisfactioni ac-
cepta referenda sunt.

ne glouba ih, trohtin Got almahli-
ger (47), nu hilf aua du filo
gnadiger herro allen minen un-
gelouben.

lud credo. Ita credo, Domine
Deus omnipotens, tu autem cle-
mentissime domine subueni omni
incredulitati meae.

Quartum denique sufficiemus ex eiusdem ECCARDI monumen-
tis catecheticis, catechesi theotifcae incerti monachi Weissenburgensis se-
culo nono conscriptae appendicis instar adiectis p. 86-90, quam para-
phrasin vetustam symboli apostolici boxhornianam (48) vocauit, atque
hunc in modum exhibuit.

*Ic kelave in Got Vater almach-
tigen, in then sceppare thes himetes,
en ther arthen. Ic kelave in sinen
enbornen Sune, unsen Herren, the-
ne helgen Crist. Ic kelave in the
helgen Gest. Ic kelave that the three
genenneden the Vater, en the Sune
en the helge Gest ewar (49) God-
thin is. Ic kelave that the sulve Go-
des Sune, theter gewas ven anbe-
ginne, that he gemmer mer wisen
sciel, ane aller stach ende. Ic kelave,
dat*

Credo in Deum Patrem omni-
potentem, in creatorem coeli et
terrae. Credo in eius vnigeni-
tum filium, nostrum dominum,
sanctum Christum. Credo in
sanctum Spiritum. Credo quod
hi tres nominati, Pater, Filius et
sanctus Spiritus paris deitatis
[sint]. Credo quod idem Dei
filius, qui erat ab initio, quod hic
semper erit, sine omnis generis
fine. Credo, quod idem Dei fili-
us

(47) Si recte se haberet haec lectio vocis, transferri deberet *aeternae*, vel
constantissime Deus: verum ipsa primae sectionis formula suspicionem er-
roris typographici facit, versionemque *omnipotens* satis tuetur. Laudem
vero singularem meretur facta hoc loco mentio necessitatis credendi ea
duntaxat, quae euangelii continentur, seu per synecdochen libris diuinitus
scriptis, partibusque scripturae sacrae canonicis comprehenduntur, quod
longissime abest a fide implicita, quae ecclesiae debeatur, atque obligatione
cum ea omnia credendi, quae vel traditione vel ecclesiae auctoritate nitun-
tur, tum ea omnia condemnandi inficiandique, quae etiamsi sacris litteris
non refragentur, ecclesiae arbitrato proscribuntur.

(48) Quod MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS primus illam ex codice
membranaceo ediderat *historiae vniuersali sacrae et profanae a nato Chri-
sto ad an. 1650*, insertam, cuius prima editio *Lugduni 1651*, recentissima
ab OTTONE MENCKENIO continuata *Lipsiae 1675* prodit: quam EC-
CARDVS ex ipsa dialecto exeuntis seculi duodecimi vel ineuntis tertii et
decimi esse coniecit in praefatione p. 53.

(49) Hanc vocem ECCARDVS p. 180 legendam esse opinatur *em war God-
thin is, vnus verus Deus est*: si BOXHORNII lectio retinetur, reddi pos-
set vel *aeternus* a radice *ew* semper vel *sanctus* vnde *emart sacerdos*.

dat de sulve Godes Sune infangen war ven thene helgen Geste; that he geboren war ven Marien ther ewewegen mageth. Ic kelave that he thur use nottrigthe gevangen uuart, gebunden uuari, bespottet uuart, gehalslaget uuart, gewillet uuart, gecrucighet uuart; that he in then cruce gestraf mitter mennisgid, muirwet (50) mitter Godhit. Ic kelave, that he begrauen uuart; that thiu helge siele thu ther helle vor; end thar ush nam alle the tharbe (51) uwaren, sinen willen gedaen hadden. Ic kelave that he des treden dages ven dene dade ostonth, uuar god, uuar menesche. Ic kelave, that he after siner ubstannisse at ende drang mit sinen jungheren, us the beuwarende sine uwaren ubstannisse. Ic kelave, that he hir uuunede XL dages XL nochte als en ander menniske, an that ene, that he ne gefundigede (52). Ic kelave, that thes vertigsten dages thu thenne himele voret aller there

us conceptus est a sancto Spiritu, quod natus est ex *Maria* semper virgine. Credo quod idem propter nostra debita captus sit, vinctus sit, subannatus sit, in faciem percussus sit, virgis caesus sit, cruci affixus sit; quod in cruce mortuus sit secundum humanitatem, non secundum diuinitatem. Credo, quod sepultus sit; quod sancta anima eius ad infernum descendit; et inde transtulit omnes, qui boni erant [et] suam voluntatem fecerant. Credo, quod ipse tertio die a morte resurrexerit, verus Deus, verus homo. Credo, quod idem post suam resurrectionem ederet et biberit cum suis discipulis, vt nobis demonstraret suam veram resurrectionem. Credo, quod hic commoratus sit XL dies XL noctes vt alius hominum, excipe hoc solum, quod non peccauerit. Credo quod quadragesimo die ad coelum adscenderit in omnium

C 2

um

(50) Ad hanc vocem *ECCARDVS* p. 181 haec monuit: „corrupta vox est vitio veteris descriptoris, legenda fortassis *niuct, non.*” In tertia voce praegressa *gestraf* loco *gestarf* positum esse videtur.

(51) Copiose hic disputat significatum vocis *tharbe* *ECCARDVS* p. 181 etc. quam per *probum, bonum* reddendam esse existimat, a verbo *darben, egere, desiderare*. Quae tamen si vel verissima essent, aliam constructionem hic requirere viderentur: quam ob rem vel legi posset, voce in duas distincta, *the thar be waren, qui ibi aderant*, vel vnica retenta sed composita *tharbe, dabey*.

(52) Perperam haec ex alio loco, vbi rectius in aliis confessionibus comparant, vt proxime praegressae sectione tertia, per errorem huc translata fuisse videntur: ea saltem cautione intelligenda sunt, quam supra (39) memorauimus, et sine errore circumscribendi immunitatem a peccatis huius temporis post resurrectionem limitibus.

ancie, the ther werthig waren, the the sine uffart scuen mosten. Ic kelave, that he thar nu seteth eth ewirtheren (53) han siner Vaders, uses Herren, thes aleweldiges Godes, une evenber ende evenweldig. Ic kelave that he nacumstlich is the domenne en the delenne ende livende (54), enen gewiliken al na sinen genathen, ende na usen wercken. Ic kelave thie helge Cerstenbid, menschip ther helgene, oflat miner fundene, ther ic mikelig babbe, en there nu gebot babbe ende sin niet surmet ne babbe (55). Ic kelave, that ic sundige mennische in theme sulven live, the ic hir nu scine, sterren sel, wir ubstanden sel, Got de rithe given sel, aller there thingke, that ge gefrumede godere gif weltere. Ic kelaue, that ic then thar lan enfan sel al na tha thet ic fundin

um illorum facie, qui digni erant, ut suam ascensionem viderent. Credo, quod idem ibi nunc sedeat, ad dextram manum sui Patris nostri domini, omnipotentis Dei, aequalis dominii et aequalis potentiae. Credo, quod venerit postremum ad iudicandum mortuos et viuos, vnumquemque secundum misericordiam suam et secundum nostra opera. Credo sanctam christianitatem, communionem sanctorum, remissionem peccatorum, quorum plurima commisi, et quae ipse non luit, et unde ne minimum quidem fructum habeo. Credo quod ego peccator homo in hoc eodem corpore, in quo hic iam compareo, mori debeam, iterum resurgere debeam, Deo rationem reddere debeam omnium earum rerum, quae vnquam operatus sum, siue bonarum siue malarum. Credo quod tunc ibi mercedem accipere debeam, eo modo, quo inuenior in

(53) Non improbabilis est ECCARDI coniectura, qui p. 182 autumat hanc vocem legendam esse *erwirtheren*, *honorabilem*, *venerabilem*, qualis dextra habetur prae sinistra.

(54) Pressius haec reddi potuissent, quod *venturus sit olim ad iudicandum et ad diribendum mortuos et viuos*. Lacunam in vocibus hic exhibitis obviam ECCARDVS p. 182 etc. ita explendam putavit *the delenne ende livende ende dode*, quod ex sententia BOXHORNII brevius peragitur infera vnica voce *dode*, hac ratione *the delenne dode ende livende*. *Delen* significatum principem *distribuere*, *partiri* adhucdum obtinet *theilen*: alterum vero verbum *domen*, *doemen*, *duomen* et *duamen* in voce composita *verdammen* fati compareret.

(55) Multiplicem haec verba depravationis et corruptae scripturae suspicionem faciunt. Rectius forte scriberetur *niet frumet*, praegressorum vero verborum sensus exprimeretur, *quorum me nunc poentet*, vel *poenam do*.

din werthe e te minen iunckgeften in meis nouiffimis temporibus. riden. It kelawe in than euge life, Credo in vitam aeternam, quae thar God fulue is (56). Deus ipse est.

Facile nunc iudicatu erit, quam vel imperite et inscien- ter vel inuidiose et maledice cum vetustati maiorum nostrorum instaurationem rei sacrae praegressorum de paucitate articulorum fidei et praestabili doctrinae castitate gratulandum, tum de calamitate et culpa accumularum pariter ac deprauatarum doctrinarum in ecclesiis *protestantium* conquerendum sit. Quod ut euidentius appareat, tria breuiter commemorabimus, aequis causae cognitoribus scitu perquam necessaria.

Primum, neque puritatem et perfectionem doctrinae communis et publicae, neque praestantiam symbolorum illius professionem complexorum, a multitudine aut paucitate credendorum pendere: sed ab illius conuenientia cum verbo et reuelatione Dei in litteras diuinitus relata, quod vnicum credendi principium et infallibile et sufficientissimum amplectimur; horum vero destinatione, usu et fine, cui proxime inferuire debeant. Vnde consequitur, ut non solum quo quis librorum diuinitus scriptorum intelligentior est, eo et plura sanctoris doctrinae capita perspiciat, et rectius singula suis momentis ponderet, atque veri certique limitibus definiat: verum etiam alia longe ratio sit symbolorum catecheticorum ad populum de salutis ordine erudiendum subueniendumque rudiorum captui et recordationi comparatorum, quam confessionum et apologeticarum et normalium ad amolendas obtrectationes suspicionesque, et arcendos errores dissensionisque periculosas scriptarum, quae pro diuersa temporum litiumque ortarum conditione et necessitate bene multa subinde requirunt, quae et alio tempore inopportune redundant, et ab initiandorum institutione rectius remouentur.

Deinde insigniter a vero aberrare opinatorem doctrinaeque diuersarum ecclesiarum coniectorem, qui ex vno alteroue illarum monumento catechetico, peculiarium in primis coetuum ex singulorum

C 3

antisti-

(56) Quae ECCARDVS in praef. p. 53 pronuntiauit de scriptore huius symboli: „descensum Christi ad inferos et vitam, quam credimus, aeternam pro ingenii sui modulo interpretatus est,“ mollienda omnino sunt. Ut enim descensum CHRISTI ad inferos non suo arbitrio, sed pro recepta temporum suorum doctrina atque ex ingenio antiquiorum doctorum definiuit, quos praeeuntes obsequensissime sectatur: ita neque nouauit neque errauit quidquam in explicanda vita aeterna, cuius omnis felicitas ipsiusmet Dei fruitione absoluitur et terminatur.

antificum arbitrio admodum variante, de vniuersa doctrinae conditione iudicare, atque ex illius silentio sententiarum capitumque quorundam vel negationem vel ignorationem efficere, eaque omnia, quae in illo diserte non commemorantur, credi ab illarum membris aut necessaria existimari, sine aliis argumentis inficiari vellet. Quod vel solo symboli apostolici exemplo constare potest, de cuius professione publica adeo semper conuenit diuersissimis partibus, in quas ciuitas CHRISTI secessit, vt nullus vnquam veris illarum dissensionibus efficiendis locus fuisset, si ad doctrinarum diiudicationem ea argumentandi ratio quidquam valeret.

Magni denique faciendam esse sollicitudinem antiquissimorum maiorum nostrorum imbuendi plebem doctrinis christianis, quae tanta fuit vt in oneranda rudiorum memoria modum excedere, quam defectus speciem praebere maluerint: ipsam tamen illorum institutionem catechetica, formulasque huic negotio destinatas nevtiquam cum felicitate temporum nostrorum, quam diuino beneficio instaurationis rei sacrae saeculo XVI factae acceptam referimus, comparari nedum illi praeferri posse. Quod non tam de saeculis reformationem proxime praegressis pronuntiandum esse putamus, quibus penitus fere desierat atque adeo obsoleuerat, vt in ipsa ecclesia pontificia instauratione catecheseos soli aemulationi nostrarum ecclesiarum debeatur, quam de remotioribus, quibus a saeculo octauo melius agebatur cum doctrinae christianae per patriam nostram propagatione et conseruatione (57). Quorum monumentis tantum abest vt vel minor LUTHERI

cate-
 (57) Si per spatii limites liceret, facile ostendi posset ex monumentis catecheticis *theoticis* a GOLDASTO, FREHERO, SCHILTERO et ECCARDO collectis 1) primis his *Germaniae christianae* saeculis praeter tria symbola oecumenica *apostolicum*, *nicensi-constantinopolitanum* et *athanasianum* peculiarem fidei professionem, decalogi et orationis dominicae paraphrases, catalogos peccatorum mortalium et capitalium, atque longissimam peccatorum confessionem pertinuisse ad institutionem catechetica; 2) hanc ipsam peccatorum confessionem sensim cessasse, vt locus daretur enarrationi singulorum peccatorum ad illorum veniam impetrandam necessariae; 3) praeteritionem doctrinae de sacramentis in veterum catechesi valde profuisse et erroneae illorum multiplicationi, commentitiorum accessione, et grauissimis erroribus, quibus verorum doctrina corrupta fuit; et 4) admodum studuisse LUTHERVM laudabili nouitatis suspectae fuga, seruandis reliquiis priscarum formularum catecheticarum, quas ab erroribus communes vel purgatas catechesi suae inferendas esse putauit; cuius rei praeter versionem orationis dominicae ipsa maioris et minoris catechismi comparatio exempla euidentissima suppeditat.


catechismus quidquam concedat, ut ipsa breuitatis delectus et perspicuitatis ratione habita non solum singula verum etiam vniuersa longissime superet. Sed haec haecenus. Vos vero, CIVES LECTISSIMI, ita in rem vestram et religionem vertite vetusta haec antiquitatis patriae monumenta, ut pios maiores, ipsa christiana doctrinae professione et sollicita ad posteros propagatione de vobis immortaliter meritos aemulati, in eadem amplectenda, a neglectione et contemptu vindicanda, aliisque transmittenda et commendanda sedulo et enixe elaboratis. Date hoc tempus sacrum, ipsa illius denominatione vernacula *Ostern* (58) liberationis superstitionum cultusque fictarum diuinitatum commonefacti, et gratiae recognitioni insignis atque ad omnem

post-

(58) Quae omnium verisimillime ex BEDAE venerabilis sententia et testimonio ab *Anglosaxonum* diuinitate *Eoster*, vel *Easter*, deriuatur, cuius sacra solemnia mense *aprili* olim celebrari consueuerant. Verba illius capite 13 libri de ration. tempor. p. 68 tom. 2 oper. editionis *colonienfis* 1612 ita se habent: „*Eostarmonath*, qui nunc paschalis mensis interpretatur, quondam a Dea illorum (*Anglorum*) quae *Eostre* vocabatur, et cui in illo festa celebrabant, nomen habuit; a cuius nomine nunc paschale tempus cognominant, consueto antiquae obseruationis vocabulo, gaudia nouae solennitatis vocantes. „ Quibuscum conferendus est alius eiusdem libri locus, qui ex manuscripto codice recitatur a SEB. MVNSTERO lib. 2 *cosmographiae* his verbis: „*Anglorum* lingua mixta est ex multis linguis, praesertim *germanica* et *gallica*: olim vero mere fuit *germanica*: id quod animaduertere licet ex BEDA, qui ex *Anglia* oriundus fuit. Is enim libro de temporibus sic scribit: Veteres *anglicani* populi numerauerunt menses suos secundum cursum Lunae, appellantque Lunam *Monam* et menssem *monath*; *Decembrem* vocant *Halegmonath*, id est, sacrum menssem, *Eoster* vel *Estarmonath*, id est, paschalem menssem, idque a Dea quadam, cui *teutonici* populi in paganismo sacrificia fecerunt tempore mensis *Aprilis*, quae *Eostre* est appellata, *Maium* appellauerunt *Thrimelci*, id est, tres mulctrae, quod eo mense pecora ter die mulgerent. Hic locus in impressis codicibus non facile inuenitur. Ego vero inueni in libro mscr. quem GLAREANVS ex nigra sylua anno 1545 huc *Basileam* misit. „ Impugnauit hanc vocis originem celeb. IO. GE. WACHTERVS glossar. *germ.* p. 1174 quatuor argumentis, quae breuiter hic examinanda esse videntur. *Primum* ita se habet: „ante christiana tempora omnes menses fuerunt anonymi, et numerabantur tantum, ut ostendi in *Weinmonath*. „ Vbi tamen p. 1152 praeter iterationem sententiae nihil comparet, quod opinioni efficiendae inferuiat, si a commemorata denominatione *anglosaxonica* *Octobris* voce *teothamonath* seu decimi mensis discesseris. Verum ipsa haec opinio admodum infirma ratione stabilitur, quae si valeret, ex denominatione latina mensium *septembris*, *octobris* etc. negari

posteritatem memorabilis beneficii conciliatae patriae nostrae cum his tunc domino et DEO nostro, et religiosae considerationi contemplationi et approbationi salutis ab ipso partae, omnibusque eam non exotis et indignatis sed serio et cupide amplexis constanterque praestolatis certo impertiendae. Id in primis agite hos dies festos, ut non solum officii memores in sacris publicis CHRISTO reuerenter appareatis, cuius laudibus concinendis, meritisque gloria et beneficiis praedicandis concelebrandisque, templa personabunt, verum etiam domi et apud animum vestrum hunc immortalitatis vindicem et assertorem sancte veneremini, cogitatione et mente complectamini, supplicationibus vestrum VOBIS faciatis, ipsiusque gratia et consuetudine potiti vitae felicitatisque aeternae possessionem ab ipso consequamini. P. P. Halae ad Salam in academia Fridericiana cal. Apr. seu ex fastis sacris vigilia Paschae anni MDCCCII.

negari posset propria aliorum mensium appellatio romana, a numeris diuersa. Praeterea de ipsis fastis *Anglosaxonum* alia omnia edocemur vetusto *calendario seu menologio* a GE. HICKESIO in appendice *grammat. anglosax. thesauri ling. septentr.* tom. I p. 203-221 illustrato, atque HENR. SPELMANNI *diff. de Saxonum anno ciuili*, *glossario archaeologico* p. 417-420 inserta. Alterum his verbis proponitur: „nomina Deorum mensibus inscribere, *Saxonibus* plane insolens est.” Quod licet a primo argumento parum differat, indubia denominatione duorum mensium et *decembris* et *ianuarii* a diuinitate ficta *Giuli erra* et *Giuli aestera*, neque minus *martii*, voce *Rhedmonath* a *Rbeda* Dea deriuata, satis conuelliur; etiamsi neque vocis *Hornung* a *Cerunno* deductae, ratio habeatur, neque denominationum *gothicarum* aliarumque gentium affinitum in IO. ALB. FABRICII *menologio* p. 142 et 144 etc. connumeratarum. Tertium argumentum: „de hac friuola Dea fillet tota retro antiquitas; de monumentis dumtaxat valet, quae nobis adhuc innotuerunt, neque testimonio disertis scriptoris fide non indigni opponi potest. Quarta denique ratio sic exponitur, „versimile non est, primos *Saxonum* Christicolae voluisse tam sacrae solemnitatis nomen creare ab idolo, aut primos Euangelii praecones id voluisse permittere, homines utique pios, et in examinandis ponderandisque prioris aevi vocabulis valde serupulosos. Et quamuis haec ratio non valde fringat, quia primi in gente *Saxonica* Theologi, nescio qua indulgentia, diebus septimanae hominum pagana, permiserunt, negari tamen potest, eos simili indulgentia in hoc Festo denominando usos esse, donec ignotum illud nomen et nemini nisi *BEDAE* memoratam aliunde probetur.” Quae speciosius dicerentur, nisi denominatio indubia natalis domini voce *iuelfest* obstaret; Deique *Iuel* vel *Giul* historia aeque ignoraretur, ac *Deae Easter*, adeo ut a quibusdam opinatoribus pro *C. IULIO CAESARE* habitus fuerit. Reliquae saltem coniecturae longe improbiliores sunt, eum *Wachteriana*, qua a verbo *reisen*, nomen *gothicum* *vrisk*, *resurrectio*, *anglosaxonicum*, *aeryste*, et *francicum*, *urteski*, atque hinc incredibili litterarum transpositione et immutatione *Ostern* deriuatur, quae longe impeditior est deriuatione ibidem improbata ab *urstend* *resurrectio*; tum *frischi-ana* in *dein* *tedtsch* *lar. Wörterbuch* tom. 2 p. 35 approbata, ab *Ostern* seu *oriente sole*, quocum *CHRISTVS* comparetur; quod a vero vocis *Ost* significati recedit, qui non *solis ortum* sed plagam mundi indicat. Conferri hic poterunt praeter scriptores iam excitatos *DIED. VON STADE Erläut. der deutschen Wörter* etc. p. 464-467 *THOM. MARESCALLI* obseruat. in *vers. anglosax.* in *FRANC. IVNI* quat. *euangel. vers. goth. et anglosax.* p. 526 etc. et *IO. FRID. BESELLII* not. ad *Eginhartum* de vita *Caroli magni* t. 7 p. 43 editionis *Schönikiana*.





153596

3

AB: 153596

X 2261989

188.





SIG. IACO
COM
QVATVO
THE

SOLEMN
AD D
NOMIN



HALAE

LA

AE

2

